Gregorius I, Pont. Max: Dialogorum libri quattuor

Basel: Michael Furter, 1496, 1496 Seite 17



Alio quoqꝫ tēpore cum iſdem vir
a venerabilis lampades vitreas in
oratorio lauaret: vna ex eius ina-
nibus cecidit: que ꝑ inumeras ꝑtes fra-
cta diſſiluit: qui vehemētiſſimū patris mo
naſterij furorē timens: lampadis protinꝰ
omnia fragmēta collegit atqꝫ ante altare
poſuit: ſeqꝫ cū graui gemitu in orationem
dedit. Cūqꝫ ab oratione caput leuaſſet: ſa
nam lampadē repperit: quā timēs per fra
gmēta collegerat. Sicqꝫ in duobus mira
culis duorū patrū virtutes imitatus eſt.
In mole ſcꝫ ſaxi factū Gregorij qui mon-
tem mouit: in reꝑatione vero lāpadis vir
tutē donati: qui fractū calicem priſtine in
columitati reſtituit.

## Petrus.

Habemus vt video de exēplis ve
h teribus noua miracula.

## Gregorius.

Iꝫ ne aliquid in oꝑatione Mon-
v noſi de imitatione quoqꝫ helizei
cognoſcere?

## Petrus.

v Volo atqꝫ inhianter cupio.

## Gregorius.

Dum quadā die in monaſterio ve-
c tus oleum deeſſet. Iamqꝫ colli-
gende oliue tempus incūberet:
ſed fructus in oliuis nullus appareret.
Viſum patri monaſterij fuerat: vt circum
quaqꝫ fratres in colligēdis oliuis ad ex-
hibēda extraneis opera pergerēt: quate-
nus ex mercede ſui operis aliquantulum
monaſterio oleū deportarent: qꝺ vir do-
mini Nonnoſus fieri cū magna humilita
te ꝓhibuit: ne exeuntes fratres ex mona-
ſterio dū lucra olei quererēt: animarū dā
na paterenꝫ. Sed quia in monaſterij ar-
borībꝰ oliue pauce ineſſe videbāꝫ eas col
ligi precepit ⁊ in ꝑ̄lio mitti ⁊ quālibet pa
rū olei exire potuiſſet: ſibimet deferri: fac
tūqꝫ eſt ⁊ ſuſceptū ī paruulo vaſculo oleū
fratres Nonnoſo dei famulo detulerunt
qꝺ ipſe protinus ante altare poſuit: cun-
ctiſqꝫ egrediētibus orauit: atqꝫ accerſitis
poſtmodū fratribꝰ precepit: vt hoc qꝺ de
tulerunt oleū leuarēt: ⁊ per cūcta vaſa mo
naſterij ex igne fundēdo diuiderent: qua-
tenus benedictione eiuſdē olei omnia in-
fuſa viderenꝫ. que protinus vt erant va-
cua claudi fecit. Die vero altera aperta
omnia plena reperta ſunt.

## Petrus.

Probamus quotidie impleri ver-
p ba veritatis: que ait: Pater meꝰ
vſqꝫ modo operaꝫ ⁊ ego operor.

## De Anaſtaſio abbate mona-ſterij quod Suppentonia vocatur. Cap. VIII.

## Gregorius.

Eodē quoqꝫ tēpore venerādus
vir Anaſtaſius cuiꝰ ſuperius
e memoriā feci: ſancte Romane
eccleſie: cui deo auctore deſer-
uio notarius fuit. Qui ſoli deo vacare de
ſiderās ſcriniū deſeruit: mōaſteriū elegit:
atqꝫ in eo loco quē prefatꝰ ſum q̄ Suppē
tonia vocaꝫ: ꝑ ānos multos in ſanctis ac
tibꝰ vitā duxit: eiqꝫ monaſterio ſolerti cu
ſtodia ꝑ̄fuit. Quo videlicet ī loco ingens
deſuꝑ rupis eminet: ⁊ ꝓfundū ſubter pre
cipitiū patet. Quadā vero nocte cū iā oī-
potens deꝰ eius venerabilis viri Anaſta
ſij labores remunerare decreuiſſet: ab al-
ta rupe vox facta eſt: que producto ſonitu
clamaret dicēs: Anaſtaſi veni. Quo vo
cato alij quoqꝫ ſeptē fratres vocati ſūt ex
noīe. Paruo autē momēto ea que fuerat
emiſſa vox ſiluit: ⁊ octauū fratrē vocauit.
Quas dū aꝑte voces cōgregatio audiſſꝫ
dubiū nō fuit qꝛ eorū qui vocati ſunt obi-
tus ꝓpinquaſſet. Intra paucos igiꝫ dies
primus venerādus vir Anaſtaſius: ceteri
autē in eo ordine ex carne educti ſunt: q̄
de rupis vertice ſunt vocati. Frater vero
ille ad quē vox parū ſiluit: atqꝫ eū tūc no-
minauit: morientibus alijs paucis diebus
vixit ⁊ tūc vitā finiuit vt aꝑte mōſtrareꝫ:
qꝛ interiectū vocis ſilentiū paruū viuēdi
ſpaciū ſignauerit. Sed mira res contigit



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-493/0221
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG